



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod fortis uiri etia[m] post morte[m] patriam defendunt Cap. vi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

302 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

viri. Quare nec uiuendum nobis est ita corruptis. Nō ergo curare debemus quid multi, sed quid dicturus esset, si quis intelligeret, aut ipsa ueritas, si ei attribueretur oratio. Hoc ubiq; pro pietatis ueritate ita factitatum a nostris est, ut nullus nostrum uoluntatem alioq; cōsyderet, sed omnes uno animo Christum sequamur, nullas pecuniarum ablationes, nulla uincula, sed nec mortem quoq; ipsam timentes, quales apud Hebræos etiā priscis temporibus multi fuerunt.

Quod fortis viri etiam post mortem patriam defendunt.

CAPVT VI.

**T**Neodem nullo pacto iniuriandum esse Plato censet. Affert ne inquit turpitudinē iniuriati, & dedecus iniuria, an nō? Affert inquit. Nullo igit pacto iniuriari oportet. Fateor inquit. Nec ergo etiam laelo referenda iniuria est, ut multi putant, quoniam nullo pacto iniuriandum est, & quoniam malefacere nihil aliud est q; iniuriari, non oportet male alicui facere, etiam si innumerabilia malitia perpessus sis. Hæc nobis a Christo clarius p̄cipiuntur, & prophetata multo ante Platonem. Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam ab amicis meis inanis. Et rursus. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Quod autem pro ueritate mori debeamus, quod multi Hebræorum fecerunt, christianoq; uero ferme innumerabiles, Socrate audi apud Platonem in Apologetico dicentem. Si dicetis inquit mihi o iudices, Anyto quidē accusatori tuo Socrates ualere dicemus, te autem hoc pacto ac foedere liberamus, ut nunq; amplius, ut solebas, philosophari audeas; & si aliter feceris, ut moriaris. Si hæc mihi diceretis, cōstanter responderem, quod ego diligo qdem uos o uiri Athenienses, credo autē deo magis q; uobis. Quare quo usq; uiuam & possum, nunq; philosophari, id est recte uiuere non desinam, nec desistam unq; hortari admonereq; uos, quemadmodum consueui. Hanc Platonis Socratisq; sententiam uix a solo Socrate, ab Hebreis autem & ante Christum multis & post Christum innumerabilibus constanter ipsa re approbatam inuenies, Hebræos enim etiā Saluatoris nostri discipulos fuisse non ignoramus.

Itidem. CAPVT VII.

s Ed uideamus quid de his dicat, qui pro defensione patriæ magna animo militantes, mortui sunt. Nonne igitur inquit eos qui

